

Anabaptistarum, *in primis* Campani, blasphemè affirmabant: *Spiritum sanctum non esse ab aeterno, sed cœpisse demum post glorificationem CHRISTI: abusi loco Ioh. 7, 39.* Non dum erat Spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glorificatus.

III. VIII. His annumeramus Græcos & Armenios recentiores orientales, quorum aliqui contra Latinæ Ecclesiæ Confessionem pugnabant, *Spiritum sanctum non procedere à Filio, sed à solo patre: alijs vero, eundem dicebant procedere à Patre, per Filium.*

112. Ad eandem classem referimus etiam quovis alios, tam veteres, quam recentes hæreses, circa Articuli huius Veritatem quoquinque modo errantes: ut Ebionis, Cerinthi, Carpocratii, Aetij, Artemonis, Hermogenis, Noeti, Praxeæ, Sabellij, Photini, Tritheitarum, Priscillianistarum, Gnosticorum, Secundinianorum, Appellitarum, Novorum Arianorum &c.

113. In primis vero Sacramentiorum querundam petulantiam, hoc loco haud immerito damnamus, qui eò blasphemie progressi, DEVUM universa sua omnipotentia non posse efficere, blasphemè scriptitant, ut corpus aliquod naturale in duobus vel pluribus locis esse possit.

Oecolamp.